



**Consiliorvm Sive Responsorvm Avgvstini Beroii Bononien.
I. C. Praestantissimi Volumen ...**

Cum Summariis, & Indice rerum, ac verborum locupletissimo

Pontificij iuris, Contractuum, seu Dispositionum inter viuos materias
distinctè continens

Bero, Agostino

Venetiis, 1577

Consilivm XXVI.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-96504](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-96504)

S V M M A E.

- 1 Monachus de licentia superioris, uel Sedis Apost. extra monasterium manens absq; eo, quod ad aliud monasterium, seu ad aliam ecclesiam secularē, uel praelaturam legitime translatus fuerit, adhuc monachus remanet, & obligatus monasterio in quo fuit professus. Et illi monasterio, in quo professus fuit, interim acquirit. & nu. 11.
- 3 Monachus proprium habere non potest etiam ex dispensatione Papae. Et quid illa dispensatio ei prodest, & operetur.
- 4 Monachus sine licentia a monasterio egressus, & uagabundus, uel aliud monasterium clandestinē ingressus, potest a primo monasterio, in quo fuit professus, cum omnibus bonis illi, uel illius contemplatione acquisitis uendicari.
- 5 Et si illum uendicare negligeret, cui per eū acquisita debeantur.
- 6 Monachus putatus unius monasterij ab alio monasterio possessus, cui monasterio acquirit remissus.
- 7 Monachus creatus a Papa Cardinalis, an desinat esse monachus, & cui acquirit. & nu. 8.
- 8 Monachus de licentia superioris, uel Papae exiens monasterium, et aliud ingressus, uel ad aliam ecclesiam regularem, seu praelaturam habentem administrationem ecclesiasticam, uel spirituale legitime translatus cui acquirit. & nu. 15.
- Et quid si ante translationē ad aliam relig. acquirit. n. 10. et 13.
- Et quid si postquam translatus esse desierit. nu. 17.
- Et quid si fuerit ad canonicatum promotus. nu. 18.
- 9 Monacho si delata sit hereditas, cui ius illam aduendi competat.
- 10 Hereditas delata monacho, qui postea legitime ad aliud monasterium, uel ad aliam ecclesiam, seu praelaturam fuit translatus, debet primo monasterio, & non alteri.
- 11 Monachus ad episcopatum translatus, quid episcopatus, & quid monasterio acquirit. & nu. 12.
- 14 Monachus a monasterio ex eum licentia egressus, & agros non receptus a monasterio, nec ab eo alimenta habens, si post conuallescentiam in seculo permanens aliquid acquirit, deinde aliam religionem sit ingressus, cui per eum acquisita debeantur.
- 16 Monachus ad hereditatē sibi delatā agens nomine proprio, & ad proprium commodum, & non ad commodum ecclesiae, uel monasterij, nec cum illius mandato, male agit.
- 18 Canonicus non dicitur habere praelaturam, nec ecclesiam, nec administrationem uerē, & propriē.
- 19 Canonicus simpliciter, & personaliter dicitur beneficiatus, nec dicitur habere successorem, nec curam animarum.
- 20 Canonicus relictiū cui, & cuius contemplatione dicitur relictiū, & quid in relicto episcopo, uel praelato, seu clerico administrationem ecclesiasticam habenti.
- 21 Rector ecclesiae, seu praelatus successorem habet, qui cōtractū predecessoris stare tenetur, secus in canonico.
- 22 Canonicatu vacante, quomodo, & quo iure alius illum habeat.
- 23 Episcopus, & canonicus in eadem ecclesia quis esse potest.
- 24 Beneficia duo sub eodem testō haberi non possunt.
- 25 Canonicus contra cōcanonicū, sed non contra extraneū sine mandato placet, et capituli agere potest, secus in praelato, et Rectore ecclesiae.
- 26 Monachus translatus ad aliud monasterium, & prior conuentualis existens cui, prioratu durante, acquirit.
- 27 Monasteriū repudiādo hereditatē sibi delatā, potest sibi praeiudicare.
- 28 Et quid si dolo fuerit inductum ad illam repudiandum.
- 29 Contractus omnes de iure canonico sunt bonae fidei.
- 30 Monasterium, & minor aduersus repudiationem hereditatis ob enormem lesionem in integrum restituitur.

E P I T O M E.

MONACHVM de licentia superioris, & Papae extra monasterium in seculo permanentem, ac ēt promotum ad canonicatum alicuius ecclesiae, hereditatem illi delatam, & alia per eum acquisita monasterio, & non sibi acquirere, hic plenē demonstratur.

C O N S I L I U M XXVI.

O C T E quidē, multūq; magistraliter in pñti cā consultū fuit per Clariss. Aduocatū D. Ludouicū Syluestriū, cuius dictis in oibus adhuc, nāq; nō monachus ex Inſa su

perioris, uel Sedis Apost. extra monasteriū manet absq; eo, qd ad aliud monasteriū, seu ecclesiā secularē, uel praelaturā legitime trāslatus fuerit, cū adhuc monachus remaneat. & monasterio, i quo professus fuit dicat obligatus, ut in c. p. tuas. ext. de uot. c. Ioānes. & ibi Abb. de regul. c. de monachis. cū ibi not. 16. q. 1. & c. quod Dei timorē. in fi. de sta. mo. & quicquid interi acquirat, nō sibi, sed monasterio, i quo prius fecit professionē, dī acquirere. d. c. Ioānes. c. de lapsis. 16. q. 6. & c. quia ingredientib. 19. q. ult. & monachus. n. propriū hñe non pot. c. non dicatis. 12. q. 1. Et si Papa super hoc cū illo dispensauerit, quia talis dispensatio estēt 3 substantialia regulā. c. cum ad monasterium. in fi. de sta. mo. sed ut ea non sit frustratoria, & aliquid operetur, intelligi debet per illā permissum esse monacho, qd ea bona hñe possit quō ad usum, & simplicē administrationē tñi, iux. tex. in c. monachi. & ibi gl. in uer. ad ministratione. de sta. mo. gl. in d. c. Ioānes. & not. per Abb. in d. c. cū ad monasterium. in 2. col. i. cū d. l. si qñ. in prin. C. de inof. test. l. si qñ. in prin. ff. de leg. 1. Bar. in auth. excipitur. C. de bon. mat. & in l. si ita scriptum. in prin. ff. de har. insti. Aret. in l. si quis mihi bona. col. 1. ff. de acq. har. & faciunt ea, quae sentit Pet. de Anch. in consi. 425. in primis uerb. nam monachus, ipso existēte monacho, nullo modo proprium ēt de licentia Papae, nisi, ut supra, possidere pot, ad tradita per glo. sum. m. 12. q. 1. Et ideo fñi ptingeret monachū absq; licentia, & dispensatione exire monasteriū, & uagari, uel clandestinē aliud monasteriū ingredi, posset primū monasteriū, in quo professionem fecit, ipsum monachum cū oibus bonis illi, uel eius contemplatione acquisitis uendicare. c. Abbates. & ibi glo. & scrib. 18. q. 2. c. si. cum gl. fi. de regul. & optime declarat post alios insignis praeceptor meus Sozi. in l. j. §. per seruū. il. 1. col. 1. in 2. & 3. casu. ff. de acq. pos. & Anch. in d. consi. 425. & Nisi monachū uagabundū, seu fugitiuum Abbas, uel monasteriū, in quo facta fuit professio, uendicare negligeret, ut quia hñe illū pro derelicto: tñc. n. uel sibi, uel monasterio, uel eccl. in quo, seu qua dege ret, acquireret. gl. not. in d. c. Abbates. in uer. quae circa fi. & sentit Sozi. in d. §. per seruū. & latē cōsiliuit Bar. ba. in cōf. 55. in 2. dub. li. 4. & Anc. in d. cōf. 425. Quid iuris ēt in monacho putatiuo unius monasterij, qui ab alio monasterio possideretur, utrū primo monasterio, an illi, in quo residet, acquirat, not. per eundē Sozi. in d. §. per seruū. ad cuius dicta est recurrendū, illa. n. referre nō curo, quia ad casum nñm non faciunt. Cōcludendū est igit in casu, de quo agitur, qd cū iste monachus de Inſa Abbas, & Papae exiuerit, & in seculo ēt extra aliud monasteriū permāserit, ex quo nō dū monachus illius monasterij esse desijt, quia aliud legitime nō fuit ingressus, quicquid sibi fuit acquisitū, dī monasterio saltē quo ad proprietatē, illo uiuente, acquisitū, illo uero mortuo, pleno iure, ut expresse uoluit Anc. in d. cōf. 425. uer. ex quo sequitur, iunctis no. p. gl. fi. in d. c. de lapsis. Et dixit Io. de Imo. in d. l. si qñ mihi bona. §. j. q. si monachus fuerit a Papa creatus Card. nō desinit esse monachus, & quicquid acquirit, dī monasterio, i quo professus fuit, acquirere. p. no. in cle. ne Romani. de ele. iunctis iis, qñ hñr in c. qd Dei. de sta. mo. & in c. nōnunq. de consec. dist. 6. Si uerō de licentia superioris, uel Papae monachus exeundo monast. ad aliud monast. trāsiisset. iux. c. licet. de reg. vel aīr legitime ad aliā eccl. regulārē trāslatus fuisset, puta quia creat⁹ fuisset Ep̄s, uel Card. qui dī ad titulū ali. cuius ecclesiae in urbe promoueri, fm Arc. in d. l. si quis mihi bona. §. 1. uel cēt effectus plar⁹, seu Rector alicuius eccl. seu platurae hñtis administrationē ecclesiasti cā, seu spūalē, iux. d. c. qd Dei. tñc. taliter trāslat⁹ acquirat ecclesiae, seu monasterio, in quā, & qd trāslatus fuit,

ut in c. vnico. 18. q. 1. c. cū olim. il. 2. vbi casus ext. de pri
uile. & ibi Abb. & hoc procedit, ꝑ tenendo opin. Bar.
& sequaciū. in l. 1. ff. de vulg. & pupil. quod qñ haredi-
tas fuit delata monacho, ius adeundi spectat ad mo-
nachum, & nō ad monasterium, veluti dī de seruo, in
l. cum proponas. C. de hared. insti. & hāc vñ commu-
nis opinio legistarum: si verō teneamus opinionē Io.
And. in c. in praesentia. de proba. quā canonista cōiter
sequuti fuerunt per illum tex. & per alia iura, & quam
ego sequutus fui in d. c. in praesentia. & plenius in cap.
raynutius. in materia vulgaris substitutionis, extra de
testam. & illam vñ veriorē defendi, quā opinio in
foro canonico, seu ecclesiastico seruanda erit maxi-
mē inter psonas ecclesiasticas ad not. in c. 1. de no. o-
pe. nun. videlicet quod ius adeundi hēreditatē mona-
cho delatā dicatur ipsi monasterio, vel Abbati ipso
iure acquisitū, & nō monacho, ꝑ quāuis monachus
post delatam sibi hēreditatē legitime fuerit ad aliud
monasteriū, vel ad aliam ecclesiā, aut praelaturā tran-
slatus, tñ hēreditas, vel ius adeundi acquiri dicentur
primo monasterio, in quo monachus professus fuit,
non considerata aliter licētia Papæ, vel superioris de
exeundo monasteriū, vt voluit Pau. de Cast. in l. anti-
stius. §. si seruus. ff. de acq. hared. & est de mente Io. de
Imol. in d. l. si quis mihi bona. §. 1. & canonistarū com-
muniter in locis allegatis. ¶ Ex quibus inferitur, quod
hēreditas, super qua lis pender, debet esse illius mo-
nasterij, in quo professionē fecit, & non ipsius mona-
chi extra monasteriū ē de licētia permanentis, quia
11 ꝑ si alteri, quā monasterio hēreditas esset acquirēda,
certē non ipsi monacho, sed potius episcopo, vel suæ
ecclesiæ cathedrali esset acquirēda, cum tunc adire
nō possit, nisi de consensu, & auctoritate episcopi, cui
deberet acquirere, vt voluit Bal. in l. deo nobis. in fin.
verb. C. de epis. & cleri. quem ēt refert Aretin. in d. l. si
quis mihi bona. §. 1. Hoc tamen vltimū dictum Baldi
ita simpliciter de iure verū non vñ, quia ipse fundat se
in tex. d. c. cum olim. il. 2. de priuileg. & idē debet in-
telligi, fm quod loquitur ille tex. iuxta not. per Bart.
in l. non solum. §. liberationis verba. ff. de libera. lega.
Sed ille tex. loquitur de monacho de monasterio tran-
slato ad episcopatum, ergo nil mirum, si id, quod ac-
quisiuit, postquam ē monasterio egressus fuit, nō ac-
quiratur monasterio, sed episcopatu, vt ibi est casus,
& Abb. & alij sic declarant, nos verō loquimur, quan-
do monachus, qui de licētia superioris, vel Papæ ē
monasterio exiuit, vt extra illud sub certo habitu reli-
giosorum, vel clericali viueret, aliter non fuit alicui
ecclesiæ dedicatus, nec ad aliquā praelaturā, seu recto-
riā habentem administrationē translatus, nam si quid
huic fuerit acquisitum, non sibi, quia adhuc est mona-
chus. d. c. cum ad. monasterium & d. c. quod dei cum
sim. sed monasterio, in quo professionē fecit, acqui-
ritur, & debetur per prædicta, & hoc etiā expresse vo-
luit Pet. de Anch. in confi. 353. cui se do. Ant. subscri-
psit. & idem voluit Spec. in tit. de statu mon. vers. 40.
nec verū est, quod Are. in d. l. si quis mihi bona. §. 1. ꝑ-
rium voluerit, seu dictū Bal. approbauerit, quia si ver-
ba eius ibi inspiciantur, ipse simpliciter quosdā doct.
recitat, ac ēt Bald. in d. l. deo. in fi. illud dicentē ꝑ textū
in d. c. olim. qui loquitur de monacho ad episcopatū
translato, qui non sibi, sed episcopatu acquirit. c. vni-
co. 18. q. 1. fm opinionem quorundā, quā ab alia opi-
nionē multū ambigua dependet, vt supra retuli. Præ-
terea Aret. ibi vititur verbis quibusdā, quā non ita cla-
rē hoc præsupponunt, veluti ex aduerso præsupponit.
¶ Minus ēt verū videtur id, quod aduersarij dicunt, vi-
delicet quod Spec. dixerit, monachum ē monasterio
cum licētia exeuntē, & in seculo manentē sibi posse
acquirere id, quod lucratus fuit, dū in seculo perman-

12 sit, ꝑ nā Spec. in tit. de statu mona. vers. 23. loquitur
de monacho, qui exeundo monasteriū factus fuit epi-
scopus, quia id, quod ante episcopatu acquisiuit, dicitur
monasterio acquisiuisse, illud aut, quod factus epi-
scopus acquisiuit, dicitur episcopatu acquisiuisse, vt
ibi ꝑ cū, & probatur in d. c. vnico. & in d. c. olim. il. 2.
Itē in vers. 42. Specula. ibi nihil de hoc. & in vers. 40.
& 41. non dicit id, quod ex aduerso præsupponitur,
quia in vers. 40. inquit, ꝑ quod monachus licentiatu-
s a superioribus, vt ad arctiorē religionē trāfret, si ante
trāsitum vagabundus aliquid acquisierit, non sibi,
nec monasterio, ad quod postea se transtulit, sed pri-
mo, in quo professus fuit, acquisiuisse dicit, vt ibi: itē
13 ꝑ in d. vers. 41. ponit casum, qñ monasterium noluit
recipere monachum ægotantem, nec alimenta ei ex-
hibere, quia si post conualefcentiam in seculo extra
monasterium permaneret, & lucratus fuerit, deinde
aliam religionem fuerit ingressus, inquit Specula. qñ
si solus Abbas sine capitulo, & cōuentu fuit ille, qui
monachū eiecerit, tunc illi quæ sita debentur primo
monasterio, qñ solus Abbas non potuit monasterio
præiudicare, si vero Abbas cum toto cōuentu, vel ma-
iori parte illū eiecerit, seu noluisse recipere, tunc ac-
quisita, vt supra. debent nouo monasterio, quod pot.
acquisitionem factā monachus ingressus fuit, arg. au-
then. ingressi. C. de sacros. eccl. ¶ Nō refragatur vñ
aliud i quo aduocati aduersarij magnā vim facere vi-
dent, quod ex quo iste monachus uocatus frater Vin-
centius post exitū monasterij auctoritate apostolica,
veluti constat ex bulla plūbata, trāslatus fuit ad eccle-
siā secularē, & in illa intitulus eius regimini, qñ in
ecclesiā Imolensī factus fuit canonicus, vt illi eccle-
siæ seruiret, ergo potuit post exitū monasterij acqui-
rere taliter, quod id non dicat monasterio acquisitū,
nā ꝑ trāslationē monachi ad aliā ecclesiā legitime pu-
ta auctoritate Papæ factā monachus, liberatur ab obe-
dientia Abbatis, seu superioris, & amplius monaste-
rio nō acquirit, immo ea, q̄ prius mediante monaste-
rio acquisita fuere, trahit secum, & a monasterio ab-
dicat ꝑ infinitas doctrinas ex aduerso deductas, quas
referre potius laboriosum esset, q̄ necessariū, q̄a ꝑ
15 responsione prædictorū in primis ꝑ fateor verū esse,
quod ea, quæ monachus post translationē de eo factā
ad aliā ecclesiā acquisiuit, seu ille iure hēreditario de-
lata fuerunt, non dicuntur primo monasterio, ne ipsi
monacho acquiri, sed illi ecclesiæ, seu praelaturæ, in
quā translatus fuit, vt probant plenissime allegata ab
aduersariis, & habetur per Anch. in d. cōf. 353. & 425.
& gl. in cle. 2. in vers. ecclesiarij. de hāc. tex. est cū gl.
in d. c. de monachis. 16. q. 1. Abb. & alij in d. c. cū olim.
il. 2. de priuileg. d. c. vnico. 18. q. 1. Fede. in cōf. 35. Card.
Abb. & alij in c. quod a te. de cler. coniug. & Card. in
16 confi. 20. & 30. cū alijs: sed ꝑ in casu occurrenti ad hā-
reditatem non agit ecclesiā Imolensis, sed ipse mona-
chus frater Vincentius, ut mihi præsupponitur, ergo
malē agere dicitur, cum ipse non nomine ecclesiæ,
nec ad illius cōmodum, sed ad proprium, & proprio
nomine agat, item quia non constat de mandato eccle-
siæ, argumento eorum, quæ habentur per Io. And.
in c. ex literis. extra de prob. & maximē qñ ante acqui-
sitionē iam canonicus esse desisset, quia cū amplius
non sit canonicus, nō potuit absq; mandato ecclesiæ
agere ꝑ ecclesiā, seu præbendā, quæ sua esse desisset,
ut colligitur ex ijs, quæ habentur in d. c. ex literis cum
simi. Præterea cū iste frater Vincentius nō sit amplius
canonicus dictæ ecclesiæ, & sic desierit esse trāslatus,
sequi qñ hēreditas sibi delata nō potuit acquiri dictæ
ecclesiæ Imolensī, seu ꝑbendæ, q̄ antea habebat, cum
quoad illum extraneus fuerit effectus, nec ēt ipsi fra-
tri Vincentio potuit acquiri, cū adhuc sit monachus,
nam

nam per licentiam de exeundo monasterium, ac etiā per translationem non desijt esse monachus. d. c. de monachis. cum gl. d. c. quod Dei. cum si. supra allega. ergo dicta hīc dīcas debuit acquiri monasterio, in quo professus fuit. d. c. in pñtia. & d. auth. ingressi. cū aliis pñtia. Præterea id, quod dī, quod per translationem factam de monacho, si quæ fuerunt monacho acquisita, ea acquiruntur ecclesiæ, in quam fuit translatus, ut s. uerum est durante translatione, & quousq; in ecclesiā, ad quam fuit translatus, permansit: sed si monachus desierit esse translatus, ut quia renunciauerit ecclesiæ, seu canonicatui, uel præbendæ, ad quā fuit translatus, non pōt amplius illi acquirere. arg. tex. no. in §. hoc aut solatio. in auth. de sanct. Episc. & probatur ex iis, quæ hūc in d. c. quod à te. de cle. coniug. & in d. c. cum olim. & in d. c. unico. 18. q. j. cum sim. ubi si monachus desierit esse sub obedientia Abbatis, & monasterij, in quo professus fuit, ut quia ad aliam ecclesiā fuerit translatus, non acquirat amplius ipsi monasterio, ergo eodem modo, ex quo dictus frater Vincentius ante delatam hereditatē desijt esse translatus, & canonicus eccl. Imolens, non potuit hereditas ipsi fratri Vincentio delata acquiri illi ecclesiæ, seu præbendæ, & minus dicto fratri Vincen. monacho, quia cum adhuc sit monachus, qui proprium hñe non pōt, sibi acquirere nō potuit, ergo monasterio, in quo sit professus, debuit acquirere, ut sape dictū fuit, & optimè facit tex. in d. §. hoc autem solatio. Nec verum vñ id, quod ex aduerso præsupponitur, quod qñ monachus fuit legitime trāslatus illa, quæ priori monasterio fuerant acquisita, transeant cum monacho translato, ut colligitur ex iis, quæ ponunt Abb. & alij in d. c. quod à te. Præterea hæc disputatio cessat in casu nostro, ex quo iste monachus desijt esse translatus, ergo hereditas per eū debet priori monasterio acquiri. d. §. hoc aut solatio. iūctis prædictis. Postremò ridetur, quod licet dictus F. Vincentius licentiatu de permanendo extra monasteriū promotus fuerit ad canonicatū Imolensem, tñ uerè non dñ translatus ad ecclesiā, nec ad prælaturam: & ideo in eo non procedunt, nec locum habent illa, quæ de monacho translato in locis supra alleg. dicuntur, quia monachus promotus ad canonicatū ex tē prouisione Papæ non dñ translatus ad prælaturam, nec ad ecclesiā, nec dñ habere administrationem uerè, & propriè, licet largissimè loquendo uideatur quodammodo administrationem tñalem suæ præbendæ habere, ut declarat Abb. in d. c. ex literis. de prob. col. 4. qui ibi subdit, quod canonici simpliciter, & personaliter dñ beneficiatus, & nō dñ habere successorem, nec curam animarum, ut est et de mente glo. in c. præsentī. de offi. ord. in 6. idemque uoluit Abb. in c. fi. de pecu. cler. & in c. cum essēs. de testam. Hinc canonico relicto in dubio non cēsetur relicto canonicatui, nec illius contemplatione, sed intuitu personæ canonici, quod secus est, quādo simpliciter fuisse relicto Epō, uel prælato, seu clerico administrationem ecclesiasticam habenti. c. relatum. & c. requisiti. iuncto §. si. extra de testa. ibiq; scriben. Et dicit Bal. in l. emptorem. col. 2. c. locati. quod Rector ecclesiæ, seu prælatus successorem habet, qui contractui prædecessoris stare tenetur, sed nō ille, qui ad canonicatū, & præbendam assumitur, seu eligitur, ut in c. si. ne prela. uic. suas. qñ canonicus præ est glebe, & non ecclesiæ: Rector autem, & prælatus ecclesiæ præ est tñcitur. Item §. ille, qui uacante canonicatu ad præbendam, & canonicatum uocatur, non dicitur habere causam à prædecessore, nec dicitur per transmissionem, seu translationem succedere: sed per uiam priuationis, quia corruptio antecessoris dicitur generatio successoris in canonicatu ex natura

ra ordinis, & non creationis, nec ex pñte transfusio- nis. c. dilecto. de præb. quæ uerba Bal. melius quadra- re non possent, & faciunt ea, quæ Abb. Io. de Anan. & Scrib. tradunt in d. c. fi. & in d. c. præsentī. ponentes dif- ferentiam inter canonicum, & alios prælatos, & Re- ctōres ecclesiarum, ueluti et colligitur ex tex. in c. fin. iuncto §. his ita respondetur. & ibi Domin. 12. q. 1. Et sic ex prædictis clarè colligitur, qñ canonicus non di- citur succedere in canonicatu, nec et in titulum ec- clesiæ, seu prælaturæ transferri, prout transferri dicitur illi, qui de monasterio, aut de una ecclesiā ad aliā ecclesiā, seu prælaturam, aut ad aliud monasteriū transferuntur, ut in d. c. licet. de regul. d. c. quod Dei. de sta. mona. & per totum. de transla. Episc. & per to- tum. 7. q. 1. & 2. q. 2. Præterea idem potest in eadem ecclesiā esse Episcopus, & canonicus. c. à collatione. de appel. in 6. & d. c. ex literis. de prob. Et tamen sub eodem tēcto duo beneficia in titulum haberi nō pos- sunt, ut habetur in c. de multa. extra de præb. Item se- cundum Feli. in d. c. ex literis. tñ licet canonicus cōtra concanonicum sine mandato prælati, & capituli age- re possit, tamen hoc agendo cōtra alium extraneum facere non potest, quod secus est in ipso prælato, & Rectore, ut ibi. ¶ Nec obstat. tñ qñ monachus translatus ad aliud monasterium, ut ibi sit prior conuentualis, qui ad nutum superioris dicitur amouibilis, si duran- te prioratu hereditas illa delata fuerit, eam non mo- nasterio, sed prioratui acquirit, ut uoluit Abb. in d. c. in præsentia. quasi circa si. de prob. post Fede. in d. cō- si. 35. & Bal. in addi. Spec. in tit. de sta. mon. q. 23. ergo idem dicendum est in monacho, qui habuit licentiā exeūdi monasterium, si auctoritate Papæ canonicus ecclesiæ secularis factus fuisset: quia respondetur, qñ prior, ut supra, remouibilis dicitur esse administra- tor ordinarius, at canonicus anormalus, & extraordi- narius, ut ex prædictis colligitur. Item bona deputata ad usum canonici reuocabiliter, & ad tempus dicun- tur deputata, & in illis canonicus simplicem habet usum, sed bona prioratus habent perpetuam naturā, & sunt irreuocabiliter concessa: & ideo non sunt in- uicem compatibilia, ad tradita per Feli. in d. c. ex lite- ris. col. 3. uerfi. item confidero. ¶ Vltimò contra mo- nasterium pro parte dicti fratris Vincentij allegatur, qñ monasterium solemniter, & legitime renunciauit bonis dictæ hereditatis illam repudiando, tñ propter quod, cum simus in querendis, vñ monasterio præiudicatum. ad nota. per Bal. in auth. si qua. circa si. C. de sacros. eccl. & per Scrib. in l. legatum. la prima. ff. de leg. 1. & per glo. & Doct. in c. potuit. de loca. Barba. in consi. 19. col. 6. uol. 3. & in consi. 65. col. 7. uol. 4. Huic motiui, & aliis optimè respondit præfatus Do. Ludo- uicus, & cum eo pertransco: tñ nam non obstante præ dicta repudiatione monasterium debet audiri: quia dolo ex proposito fuit ad renunciandum inductum, ratione cuius doli repudiationi causam dantis repu- diatio potest rescindi actione de dolo. l. si quis cū ali- ter. ff. de uerb. oblig. tenendo nos esse in iis, quæ sunt stricti iuris, at tenendo nos esse in iis, quæ sunt bonæ fidei, repudiatio fuit ipso iure nulla. l. elegāter. in prin- ci. & ibi Bar. ff. de dolo. & not. in c. cum dilecti. de em- ptio. & uen. & maxime tñ cum de iure canonico, quod seruandum est in casu, de quo agitur, ut supra dixi, omnes contractus dicantur esse bonæ fidei, ut dicunt Moder. in d. c. cum dilecti. col. 17. ibiq; plenè dixi, & probatur in terminis, per ea, quæ uoluit Bal. in c. i. cir- ca si. extra de plus pet. Secundo respondeo, qñ posito, non tamen concessio, repudiationem in se ualuisse, nec in ea dolum ex proposito interuenisse, tñ tamē ne- gari non potest, quin monasterium aduersus illā pos- sit restitutionem in integrum petere, cum dicat enor-

miter laesum, sicut contingit in minore, qui lucrosam hereditatem sibi delatam repudiavit. l. & si. §. restitutus. ff. de mino. l. 1. & 2. C. si ut missi. & l. si. C. de repud. hered. minor enim, & ecclesia, seu monasterium ratione laesionis quod ad petendam restitutionem aequiparantur. c. 1. extra de in integ. rest. c. 1. eod. tit. in 6. & in cle. Potest ergo monasterium dicere repudiationem nullam ratione doli, & quatenus sit aliqua, petere aduersus illam restitutionem in integrum: & hac petitio, seu libellus alternatiuus maxime in ecclesia procedit, & substat, ut est tex. ibiq; Abb. in c. olim. il. 2. extra de priuilegiis. Et ex his in sententiam praefati Excell. Do. Ludouici Syluestri eundem esse duxi. Laus Deo.

S V M M A E.

- 1 Prescriptio nulla, nisi quae trigeneraria aduersus ecclesiam locum habet, & statuta laicorum aliter de prescriptione loquentia non comprehendunt ecclesias, nec monasteria.
- 2 Ius civile in ecclesijs, & personis ecclesiasticis non seruatur in casibus, in quibus per ius canonicum expresse prouisum reperitur, sed solum in subsidium.
- 3 Ecclesia in omnibus, & praecipue in praedudicibus aequiparatur pupillis, & minoribus.
- 4 Ingressus, & professio religionis si suauis, & seductione religiosorum fiant, ualent quidem, sed bona ingressi alias monasterio quaerenda non monasterio, sed heredibus statim acquiruntur.
- 5 Heredum appellatione continentur etiam legatarij, & fideicommissarij.
- 6 Conditio de non ingrediendo religionem, seu alias impeditiua matrimonij tam spiritualis, quam temporalis legato, aut alij dispositioni testatoris adiecta quando ualeat, & sit adimplenda, & quando secus.

E P I T O M E.

CONDITIONEM de non ingrediendo religionem aliquam in specie adiectam dispositioni testatoris hic ualere, nec esse reiiciendam, nec haberi pro non scripta, demonstratur.

CONSILIVM XXVII.

IN causa fratrum S. Dominici, litisq; cōsortum contra Do. Hannibalem super possessione intentato, vñ dicendum, tempus ad illud intentandum non esse lapsum: quia & si decursum sit decennium à morte testatoris, tamen non dñ adhuc praescriptum, quia si aduersus ecclesiam nulla alia decurrit praescriptio, nisi quadragenaria, ut in c. de quarta. & in c. illud. de praescri. neq; ex statuti, uel iuris ciuilibis dispositione contrarium introducete potest ecclesia praedudicium generari, ut in c. uigilanti. eod. tit. & ideo licet huic remedio possessionis per statuta ciuitatis Bononiae praefixum fuerit spatium decem annorum, tamen hñmōi statuta laicorum non comprehendunt ecclesias, nec monasteria. c. ecclesia Sanctae Mariae. & c. quae in ecclesiis. extra de consti. & c. si. de reb. eccl. non alie. Similiter per dispositionem l. si. C. de edict. diui. A. d. toll. non uidetur excludi, ubi remedio d. l. praescribitur praescriptione longi temporis, ut ibi, quia cum expresse prouisum sit per ius canonicum, q̄ nulla alia praescriptio longi, uel longissimi temporis, quae inter priuatos, & seculares locum habet, possit contra ecclesiam, & personas ecclesiasticas decurrere, nisi illa, quae est quadraginta annorum, non obstante lege contrarium in hoc disponente, ut in d. c. uigilanti. & in d. c. illud. & faciunt ea, quae plenè habentur in c. 1. extra de consti. & in c. 1. de noui oper. nunc. cum glo. & ibi Doct. ubi in ecclesijs, & personis ec-

clesiasticis ius civile non seruatur in casibus, in quibus expresse per ius canonicum prouisum reperitur, sed solum in subsidium. c. si in adiutorium. 1. o. dist. 2. Ant. in c. cum causam. de dol. & contu. & quod ad tollendum ius ecclesijs ex cursu temporis reperitur per ius canonicum prouisum, ergo &c. Praeterea per statuta ciuitatis Bononiae sub rubri. quod nullus post annum &c. quo cautum fuit, possessionum competes heredi ad adipiscendam possessionem bonorum hereditatis tolli spatio decem annorum, excipitur pupilli, minores, & quidam alij, quibus dictum remedium competere posset, ut illud èt ultra decennium intentare ualeant: sed & ecclesia in omnibus, & praecipue in praedudicibus aequiparatur pupillis, ut in c. extra de in integ. rest. ergo in casu isto èt ecclesiae hoc remedio possessionis ultra decennium uti permissum erit: quia aequiparatorum eadem esse debet dispositio. c. translatio. de consti. cum sim. ¶ Quo uero ad merita causae, an dispositio testatoris, qua ad bona hereditatis uocauit dictos fratres S. Dominici, & alias personas ecclesiasticas, & loca pia sub conditione, & in casu, quibus dictus D. Hannibal tunc existens in monasterio S. Saluatoris indutus habitu nouitiorum infra tempus probationis profiteretur in dicta religionem, prout destinauerat, ualida sit, an uero pro non scripta habeatur, cum uideatur esse uita contemplatiua impeditiua ad rex. in §. sed & hac praesenti. in auth. de sancti Episcopi. & hñ in c. in praesentia. de proba. & in auth. nisi rogati. C. ad Treb. de iure concludendum esse arbitror, q̄ ex quo dictus D. Hannibal professus fuit in dicta religionem, & sic euenit conditio, propter quam dicta pia loca ad praedicta bonauocari fuerunt, illa sunt debita dictis pijs locis, & ad ea sunt deuoluta, & primo, quia, ut fatetur D. Hannibal in positionibus, ipse ingressus fuit religionem S. Saluatoris, & in illa professionem emisit suauis, & seductione, siue circumscriptione religiosorum dicti monasterij: quo fit, ut licet ingressus, & professio tenuerit, quia non dñ circumuentus, qui se Deo coniungit. c. cū dilecti. cū ibi no. ext. quod met. cau. tñ propter talē circumscriptionem bona, quae ex ingressu erant monasteria quaerenda, ut in auth. ingressi. C. de sacros. eccl. statim fuerunt acquisita illis, qui uel ex testamento, uel ab intestato successuri erant. c. constituit. 2. o. q. 3. & c. constituit. ubi est similis tex. 1. o. q. ult. ubi heredes uocant, & quorū appellatione legatarij, & fideicommissarij èt contineri dñr, ut in l. filiulus. §. si. ff. quod cū eo. ibiq; Alex. in apostil. ad Bar. & l. i. §. de illo. ubi Bar. & Alex. ff. ad Treb. cum sim. Succedere aut in bonis, de quibus agitur, debebant frēs S. Dominici, & alia loca pia, ergo &c. ¶ Secundò institutioni factae de dicto Hannibale fuit adiecta conditio de non ingrediendo religionem S. Saluatoris, in qua ipse tanquam nouitius iam erat uelutibus dictae religionis indutus, quae conditio & si posset dicitur impeditiua religionis in specie, hoc est illius monasterij, non tñ in genere, quin posset aliam ingredi. arg. c. constitutionem. de regul. in 6. & ad ea, quae habentur per Abb. in c. in pntia. col. 8. de prob. Ergo talis conditio adiecta non est reiicienda, immò adimplenda ad effectum consequendi disposita in testamento. arg. l. cum ira. & ibi Bal. & in l. hoc modo. ff. de cond. & de monstra. arguendo de conditione impeditiua matrimonij carnalis ad illam, quae posset dici impeditiua matrimonij spūalis, hoc est ingressus monasterij, pro ut arguit ibi Bal. & ut faciunt Scrib. in d. c. in pntia. & not. in d. §. sed & hac praesenti. ¶ Tertiò conditio impeditiua matrimonij spūalis, hoc est ingressus monasterij, uel matrimonij temporalis reiicitur, & habetur pro non scripta. d. §. sed & hac praesenti. cum sim. Sed fallit in casu, quando in defectum conditionis huiusmodi